

enim Romano integerrimæ Rotæ iudicio, causæ, in quibus aliquid difficultatis est, proponuntur per dubia, quasi dicas, quæstiones, antequam terminentur) singula pene dubia, quæ proposuit disputanda, postulabant, An articuli, excerpti ex Molinæ doctrina, essent apud Sanctum Augusti-

num, aut secundum doctrinam, & meatem illius. De rebus autem, quæ controvertentur, si quando proponeret, quid sentiret, monebat, se id dicere, non resolvendo, aut definiendo.

X X I I.

DEFENSIO CENSURÆ LOVANIENSIS,

Ex Justificationis ejusdem; itemque Censuræ Duacensis,
contra Scriptum nuper vulgatum, cujus titulus:
Parallelus Thomismi veri, & falsi. (1)

P R Æ F A T I O.

RES est, prima fronte ab omni verisimilitudine abhorrens, falsum Thomismum Censuris Lovaniensibus, ac Duacensibus contineri, seu Censurarum illarum originem, seu progressum spectes.

Censuram Lovaniensem, cum undecim aliis ejusdem Scholæ Magistris, composuit Petrus Bacherius ex Ordine Predicatorum.

Actum solemnem, quo anno 1613. declaravit unanimitè Facultas, se persistere in veteri sua de Gratia Christi sententia, composuit Thomas Torres, ex eodem Ordine, Facultatis Theologiæ pro tempore Decanus.

Similem declarationem dedit Facultas anno 1649. instantè Patre Thoma Leonardi, ex Ordine Predicatorum: anno 1679. instantè Patre Joanne Antonio D. Aubermont ejusdem Ordinis, aliasque non senel.

Censuræ Duacensis Auctor præcipuus est Guillelmus Ertius, Thomista celeberrimus: cui Censuræ anno 1648., vivente Francisco Sylvio, Thomisticæ Scholæ principis valde addicto, sese inhætere, semperque inhæsisse, palam professus est Facultas Theologica Duacensis: quod & nuperimè die 20. Januarii 1670. eadem Facultas confirmavit.

Denique in Thomistarum scriptis peregrinum eum esse, necesse est, qui ignorat, quo in pretio fiat Censuræ illæ apud Thomam de Lemos, Didacum Alvarez, Joannem a Sancto Thoma, Carmelitas Salamanticenses, Joannem Baptistam Gonet, & alios quoscumque præstantissimos ejusdem Scholæ Magistros.

Nec privatorum tantum Doctorum, sed etiam unanimitè Theologorum Cathedralium, Episcoporumque Belgii calculo probatæ fuerunt, ut ipsi Patres Societatis consentirent in Imagine prius facti, lib. 6. cap. 4. aliisque scriptis publicis.

Immo vero, quod rei caput est, coram Paulo V. & gravissimo Electorum Cardinalium, Consultorumque consensu, P. Gregorius Nunnus Coronel, Ordinis S. Aug., Secretarius Congregationis de Auxiliis, jussus, ea compendio referre, quæ sub Clemente VIII. gesta erant, scientique, quo in pretio semper fuisse Censuram Lovaniensibus apud Patres Congregationum, sub Clemente VIII.

habitarum, in isto Relationis exordio palam dixit, Doctores Facultatis Lovaniensibus ad unam, & tringenta Professorum Societatis propositiones dignam adhibuisse Censuram. Exstat profus integra hæc Relatio in Bibliotheca Angelica de urbe ad S. Augustinum, una cum votis plurium Consultorum, qui eandem pariter prædicarunt. Nolim, mihi quis hæc in parte credat, sed oculis saltem suis, illa legentibus in Prædicta Bibliotheca Angelica, credere dignetur.

Quibus non obstantibus, visum est Auctori Scripti, cui titulus: *Parallelus Thomismi veri, & falsi*, doctrinam de gratia Christi in Censuris illis explicatam, non tantum, ut Pseudo-Thomisticam, traducere, sed etiam Janсениsmi, hoc est, damnatarum quinque Propositionum labem ei aspergere. Quæ audacia, licet forte gravius castigari mereatur; ne tamen, aliorum invectivas gravius carpendo, culpam, quam in aliis noto, ipse incurram, malim, modeste, breviter, ac succincte singula accusationis Capicula resellere, totumque Judicium Superiorum arbitrio submittere, ratum habituras, ac gratum, quidquid illi, pro æquitate sua, censuerint decernendum. Articulus singulos eo ordine, quo in prædicto Scripto exhibiti sunt, proferam, singulisque responsum meam subnectam.

ARTICULUS PRIMUS.

Hæc sufficientis Auxilii assertio ex Massiliensium, & ipsius Fauti, (qui contendit, Gratiæ a Deo omnibus offerri, & ingeri) doctrina, & placitis est depremissa. Censuræ Duacens. ad Assert. 2. pag. 82.

R E S P O N S I O.

Tantum expendendum est, quid eo loco per sufficientis auxilium intelligat tam Censuræ Duacensibus, quam Lessius, aliique Patres Societatis, adversus quos lata est; & mox difficultas omnis evanescit. *Sufficientis Dei auxilium* (inquit Censuræ Duacensibus ad Assertionem II.) est, præter quod ex parte Dei non est aliud necessarium. Eandem gratiæ sufficientis notionem viguisse apud Patres

ARTICULUS SECUNDUS.

Gratia Christi non est a bono usu sejuncta, sed facit, hominem bene usi oblatis salutis occasionibus. Justif. Cens. Lovan. n. 164.

R E S P O N S I O.

Doctores Lovanienses in Censuræ Assert. 8. duplicem gratiæ distinguunt: Unam, quæ benefacere quisque possit, si velit; aliam, quæ fit, ut absolute velit, ac bene operetur: Ita, si non nomine, certe re ipsa in Thomistico sensu sufficientem, quia bene notat Lemos Tractat. 3. de Gratia sufficienti, cap. 2. n. 17.; ista æquivalere, auxilium, cum quo homo potest operari, si velit; & auxilium sufficientem ad operandum, tribuens possibilitatem rectæ operationis.

Notandum equidem, quod, licet hæc gratiæ divisionem Lovanienses libenter admittant; tamen, cum de gratia Christi simpliciter loquuntur, antonomastice intelligere videntur specialem ejus gratiæ, seu adjuvantem, quæ Deus facit, ut velimus, ut indicant loco jam citato; quod etiam probatur Alvarezio, & ab eo confirmatur disp. 99. n. 5. Cum autem ex Thomistarum sensu, adjuvans illa gratia nostram voluntatem prædeterminet, ut velit, & prædeterminans illa gratia, juxta Scriptum Reverendissimi Patris Generalis Jesuitarum, a Patre Magistro Desirant Sacre Congregationis nuper oblatum, essentialiter connexa sit cum consensu, rectissime hoc sensu cum Thomistis omnibus dicere poterunt Lovanienses, *Gratiæ Christi a bono usu sejunctam non esse.*

Ceterum, si quis sustinere velit, non solum gratiæ efficacem, seu adjuvantem, sed etiam gratiæ sufficientem esse veram Christi gratiæ; nihil inde contra allatum articulum, & Lovanienses efficiet: communis est enim apud Thomistas doctrina, gratiæ sufficientem ab eo quidem usu sejungi, respectu cuius dicitur sufficientem, non tamen ab eo, ad quem proxime, & ex voluntate Dei consequente datur. Cum ergo ex Thomistarum sensu omnis gratia, etiam sufficientem, sit efficacem alicujus effectus, ejus nimirum, ad quem proxime ordinatur, & quem Deus absoluta voluntate intendit; gratia Christi, etiam tantum sufficientem, non est a bono usu sejuncta.

ARTICULUS TERTIUS.

Augustinus, gratiæ nostri status à primi hominis gratiæ accurate distinguunt, non solum ei tribuit posse, si volumus, sed facere etiam, ut volumus. Cens. Lovan. ad Assert. 10. pag. 36.

R E S P O N S I O.

Discrimen hoc gratiæ nostri status à gratiæ primi hominis ipsi Augustini verbis agnoscunt, & constanter profitentur SS. Prosper, Fulgentius, Remigius, Thomas, ceterique omnes S. Augustini Discipuli: & quamquam Doctores quidam moderni circa hoc, in exponendo Augustini sensu, non adeo per omnia conveniant; iniquum tamen omnino videtur, a privatis Scriptoribus de Janсениsmo accusari discrimen illud, ipsi Augustini verbis expressum.

Sed, tantisper seposita hæc justissima querela, explorare propius libet, quid tandem sit, quod in hoc utriusque Gratia discrimine Societatis Patribus tantopere displiceat.

Suppono, (cum ipsemet hoc ita Romæ prædicet)

Patres Societatis, patet ex Censuræ Lovaniensibus ad eandem Assertionem. Notissima est hæc in parte Lessii sententia, quæ dictis Censuris opponitur, quamque latius refert, & exponit Adamus Tannerus, Societatis Jesu Theologus disp. 6. quæst. 2. dub. 5. juxta quam inter gratiæ efficacem, & sufficientem, solum discrimen est in actu secundo; adeo ut moraliter, & in ratione beneficii, tantum præster Deus habenti gratiam mere sufficientem, quantum præstat habenti efficacem; immo vero sustinet Lessius, collata hæc sufficienti gratia, nec ullo alio beneficio ex parte Dei accedente, in potestate hominis esse, ut illam, cum voluerit, faciat efficacem. Hanc Lessii doctrinam graviter carpit Cardinalis Bellarminus libro 1. de Grat. & lib. arb. cap. 12. refertque Tannerus loco supra citato decretum Patris Aquavivæ, Generalis Societatis Jesu, quo doctrina illa e Societate fuit proscripta. Hanc ipsam esse Fauti doctrinam, sustinet Thomas Lemos in Tract. 2. de Gratia sufficiente, c. 6. n. 28. refertque ipsa legenti Fautum profusum est manifesta; scribit enim lib. 1. cap. 4. *Tantum plane Gratia est; sed omnibus eam offerri, atque ingeri, ad salutem, omnium Conditor, atque Redemptor.*

Hanc doctrinam se ex Fauto hausisse, fatetur ingenue Ruardus Tapperus, quem non tantum sequebatur Lessius, sed Lovaniensibus quoque insulabat, quod non Ruardum potius, quam alios Majores suos sequebatur. Unde nec unquam conquestus est Lessius, quod hæc ex Fauto doctrinam depremissis diceretur. Et sane qui potuisset conqueri? cum ipsemet in dictatis, quæ oculis meis legi, legeruntque Majores nostri, ut patet ex Justificatione Censuræ num. 68., in responsione ad objectionem 8. fateatur ingenue, se doctrinam suam, de Prædestinatione ex prævisis meritis, assertioni, de qua nunc agitur, profusum gemellam, hausisse ex Fauto, quem inter Sanctos Ecclesiæ Patres recensebat. Duacensibus ergo vitio verti non potest, quod doctrinam illam e Fauto depremissam dixerint, quam e Fauto depremissam esse, in dictatis suis Lessius ipse fatebatur; eademque est ratio de Massiliensibus, qui paria cum Fauto sentiebant, maxime, cum apertissime scribat Joannes Mariana lib. 3. de Mortalitate, cap. 8. *Quæ a Cassiano dicta sunt, omnia hæc, de Gratia, & libero arbitrio, a viris eruditissimis (Lessio utique, & ejus sequacibus) nostra ætate defenduntur, quasi pietati consona, neque destituta a fidei regula sancta.*

Unde mirari subit, quid in illa Censuræ Duacensibus assertionem reperiant Patres Societatis, falsum Thomismum, aut Janсениsmum sapiens, cum nihil hic de Lessio, ejusque doctrina dicant Duacenses, quod non ipse Lessius, quod non Ruardus Tapperus, quod non Mariana, & Sirmundus, immo vero quod non Cardinalis Bellarminus, Generalis Societatis Aquaviva, totque alii, Societatis addictissimi, tam ante, quam post editam Censuram Duacensem, palam asseruerint. Huic autem Censuræ Duacensibus plane consonant Thomas de Lemos, loco supra citato, aliique celebres Thomistæ; immo & ipsi Theologi, & Consultores Congregationum de auxiliis, qui similem in Molina doctrinam haud semel, tanquam Fauti, aliorumque Semipelagianorum dogmati affinem, præferebant, censuerunt.

(1) Ad primum paragraphum Propositionis Hæc. de Auxiliis.

tent) nolle eos doctrinam de Gratia per se efficaci accusare de Jansenismo, & ab hac labe apud eos prorsus immunes fore, qui talis gratia necessitatem, non tantum in statu naturæ lapsæ, sed etiam in statu naturæ integræ adstruxerint.

Sed quid, si quis sustineat cum Eminentissimo Cardinali Laurea Opusc. 3. num. 153. quod gratia, quæ pro statu naturæ lapsæ est necessaria homini ad bona opera faciendâ, non est, sicut illa, quæ data fuit Adamo in statu innocentia, dicta sine qua non, subdita libero arbitrio illius, ut ea uteretur, si vellet; sed est potentior illa, quæ facit, facere opera bona, non trahenda a libero arbitrio, sed trahens illud?

Hic enimvero, Jesuitarum iudicio, totus Jansenista habendus est, cujus doctrinam non possit se a Jansenismo distinguere, fateantur, necesse est. At unde hæc tam gravis accusatio? An ex eo, quod dicitur, quod gratia primi hominis, libero ejus subdita arbitrio, solum ei tribueret posse, si vellet? At hoc etiam dicunt ipsi Patres Societatis. An forte magis displicet, quod Gratia nostri status facere dicatur, ut volumus? At profus ridiculum est, de hæresi accusare Theologos, qui hoc aliter in statu naturæ lapsæ, cum nulla dignos Censura fateantur eos omnes, qui hoc ipsum, non tantum pro statu naturæ lapsæ, sed etiam pro statu naturæ integræ asserunt.

En ad quas angustias compelluntur Patres Societatis, dum Theologos Lovanienses, aliosque S. Augustini Discipulos de Jansenismo accusare non cessant. Ipsa accusatio sibi non cohæret, nimisque accusandi pruritus contraria illos loqui cogit. Spero, interim fore, ut in carpendo illo discrimine plus sibi deinceps temperent, cum in facie Ecclesiæ illud sustineri videant ab Eminentissimo Cardinali, quem nullus unquam Jansenismi rumor finitè asperit, ut omniam Reverendissimum Patrem Noris, (1) immo & ipsam Patrem Desirant, totque alios Augustinianæ Religionis Theologos, qui illud ipsum utriusque gratiæ discrimen palam agnoscunt, & tuerunt.

ARTICULUS QUARTUS.

Gratia, ad conversionem sufficiens, ipsa convertit; quæ vero non convertit, non sufficit. Justif. Censur. n. 176.

RESPONSIO.

CUM ex parte Dei habetur gratia, ad efficiendam in nobis ipsam conversionem necessaria, ipsam quoque conversionem haberi, apud omnes gratiæ per se efficaciæ propugnatores exploratum est. Atqui ex antedictis patet, Lovanienses Theologos, nomine auxilii ad conversionem sufficientis, intelligere illud solum, præter quod ex parte Dei non est aliud ad conversionem necessarium, seu gratiam adjuvantem, ac per se efficacem, quam antonomastice gratiam Christi appellant: ergo, definito hoc nomine, evanescit difficultas.

ARTICULUS QUINTUS.

Ut peccator possit converti, necessarium est, ut recipiat specialem Christi gratiam, quæ non sola possibilitas, sed ipsa quoque operatio confertur. Censur. Lovanien. ad Assert. 8. pag. 31.

ARTICULUS SEXTUS.

Fatendum est, nullum peccatorem converti posse, nisi

(1) Postea Emin. S. R. E. Card.

si per specialem Christi gratiam, seu specialem auxilium, quod auxilium non habet, nisi cum actu convertitur. Censur. Duacens. ad Assert. 15. pag. 134.

ARTICULUS SEPTIMUS.

Nullus infidelis credere poterit, nisi per gratiam, quam cum non habere, dum infidelis permaneat, perspicuum est. Censur. Duacens. ad Assert. 14. pag. 174.

RESPONSIO.

DUPlicem bene agendi potentiam distinguunt Theologi, unam nempe ab omni actu sejunctam, ac veluti solitariam, aliam cum actu conjunctam, quam S. Augustinus vocat possibilitatem cum effectu. Distinguit illa in potentiis quoque naturalibus frequenter usuvenit, juxta quam de homine, in tenebris constituto, dicimus: Homo ille potest videre, utique ratione potentia visiva, quæ in eo integra est. Porro de eodem illo homine recte dicitur, sine lumine non posse videre, potentia nempe adui conjuncta. Tota autem controversia in tribus articulis relatis non erat de potentia bene agendi solitaria, sed de possibilitate cum actu, quæ, ex omnium Discipulorum S. Augustini, & S. Thomæ sententia, haberi nequit sine gratia adjuvante. Hæc gratia adjuvans, utpote physice prædeterminans, fatente Reverendissimo Patre Generali Jesuitarum, est essentialiter connexa cum consensu; ergo, cum per eam operatio confertur, vere dicunt articuli jam relati, quod auxilium illud de facto non habet, qui de facto vel non credit, vel non convertitur; quandoquidem ejusmodi auxilium, ex Thomistarum sententia, (quæ & nostra est) cum ipsa fide, & conversione essentialiter sit connexum.

ARTICULUS OCTAVUS.

Scriptura teste, nec pro omnibus Christus orat Patrem, nec omnes Christo dati sunt a Patre: non omnes ergo habent sufficiens auxilium ex parte Dei ad salutem consequendam. Cens. Duac. ad Assert. 2. pag. 83.

RESPONSIO.

PLANUS, & facilis est horum verborum sensus, si reflectatur, quod supra nos semel notatum est, per auxilium, ex parte Dei sufficientis ad salutem consequendam, intelligi illud solum, præter quod ex parte Dei nullum aliud ad salutem consequendam necessarium est, agique de Oratione Christi absoluta, quemadmodum locum, de quo est questio, intelligit D. Thomas 3. p. 21. art. 4. ad 2. aliisque locis, quæ ibidem refert Sylvius. Cæterum non ignorabant Duacenses, sano sensu dici posse, Christum pro omnibus orasse, sicut rectissime dicitur, voluisse, omnes homines salvos fieri, quia, ut inquit D. Thomas in c. 17. Joannis; Christus, quantum est de se, pro omnibus oravit, quia oratio sua, quantum est de se, est efficacis pro omnibus, ut valeat toti Mundo.

Ex quo tamen non sequitur, omnes habere auxilium ex parte Dei taliter ad salutem consequendam sufficientis; quia, ut mox subdit S. Doctor; Oratio illa Christi non in omnibus sortitur effectum, nisi in Sanctis, & Electis Dei; & hoc propter impedimentum mundanorum.

AR-

ARTICULUS NONUS.

Deus absoluta voluntate constituit, hunc hominem excludere a Regno, ante omnem perversionem demeritorum. Censur. Lovan. ad Assert. 29. pagin. 58.

RESPONSIO.

ALIud eo loco non dicitur, quam Deum, sua absoluta voluntate, propter solum originale, reprobare parvulos, ante regenerationem morituros, independentem ab eorum voluntate. Quæ non Lovanienfium tantum, & Duacensium, sed præstantissimorum Thomistarum, & ipsius S. Augustini, ac D. Thomæ aperta doctrina est.

ARTICULUS DECIMUS.

Sufficiens, quam postulat generalis redemptio, in pretio sanguinis Christi est, non autem in auxilio, omnibus collato. Cens. Duac. ad Assert. 5. pag. 99.

RESPONSIO.

CENSURA Duacensis exponit primo cum S. Prospero, quomodo Christus sit omnium Redemptor: tum subnectit: Sufficiens, quam postulat generalis redemptio, in pretio sanguinis Christi est; non autem in auxilio, omnibus collato, ut præterit objectio. At præterit objectio, Christum esse omnium Redemptorem, quatenus per ipsum donantur omnibus sufficientia media, quibus resurgant a peccatis. Si enim, inquit, non darentur sufficientia media, verus non esset eorum Redemptor, quia neque quoad sufficientiam, neque quoad efficaciam. Meminisse tantum, oportet, quid per media ad salutem sufficientia intelligant tam Duacenses, quam Jesuitæ, ut in Responsione ad primum Articulum explicatum est; hæcque perspicuum, omnes gratiæ per se efficaciæ propugnatores, consentire, sufficientiam, quam postulat generalis Christi redemptio, non esse in auxilio omnibus collato, juxta prædictum sensum sufficientiæ, ut præterit objectio.

ARTICULUS UNDECIMUS.

Quamquam dici possit sufficiens pro parvulis institutum remedium; dici tamen non potest, id eos habuisse, quod nec in sua, nec in suorum habuerunt potestate: unde perspicuum est, tale salutis impedimentum Dei judicio verissime imputari. Cens. Lovan. ad Assert. 16. 17. p. 43.

RESPONSIO.

EST doctrina S. Augustini in Epist. 107. in qua dicit, Quod gratia Dei multis non datur parvulis, & sine illa plerique moriuntur, qui non habent contrariam voluntatem; & aliquando cupientibus, festinantibusque parentibus, Ministris quoque volentibus, ac paratis, Deo volente, non datur; cum repente, antequam datur, expirat, pro quo, ut acciperet, curretur; unde manifestum est, eos,

Soyy Tom. II.

qui hinc tam perspicite resistunt veritati, non intelligere omnino, quæ locutione sit dictum, quod omnes homines vult Deus salvos fieri, cum tam multis salvi non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus non vult, quod sine ulla caligine manifestatur in parvulis. Hanc S. Augustini doctrinam optime confirmat Thomas Lemos tract. 4. de reprob. cap. 21. n. 320. & alias sæpius.

ARTICULUS DUODECIMUS.

Ut homo possit converti, non requiritur, ut habeat gratiam sufficientem eo ipso tempore, quo posse dicitur, sed satis est, si habere illam, & obtinere quæ sufficiat, possit; quomodo homo dicitur posse manducare panem, etiam cum panem non habet, neque etiam quidquam, unde panem sibi comparat; ut etiam dicitur, videre posse, qui non habet lucem, sed in terram carcerem conclusus est, quamvis sine luce visurus sit nunquam. Justific. Cens. Lovan. n. 177.

RESPONSIO.

HOC ipsum est, quod tradit Lemos lib. 4. p. 2. tract. 3. de grat. suff. cap. 10. num. 145. Qui actualiter, inquit, habent auxilium sufficientem, dicuntur posse salvari per potentiam proximam, & formalem, quæ in ipsis est. Qui autem nullo modo auxilium habent sufficientem gratia, dicuntur posse salvari per potentiam, quæ est in Deo, qui potest eis auxilium tribuere, quo salventur; & per remotam potentiam liberi arbitrii, quæ illud auxilium a Deo recipere potest. Hæc locutione passim utuntur, qui dicunt, saltem quandoque obduratos quosdam, & excæcatos, in penam præcedentium peccatorum, omni prorsus supernaturali auxilio destitui; quos tamen fatendum est, omni instanti, quamdiu sunt in via, posse converti, juxta jam relatum Thomæ Lemos expositionem, quæ inter Theologos satis communis est, ac vulgata, utpote ex S. Thomæ depremissa, prorsusque conformis doctrinæ Lovanienfium, ac Duacensium, in Censuris suis, ac Justificatione Censuræ Lovanienfium.

CONCLUSIO.

HÆc est genuina Lovanienfium Theologorum de Gratia Christi doctrina, quam, ut fuit per omnia conformem, & a Jansenismo, seu damnatis ab Ecclesiâ quinque propositionibus, toto cælo distantem, facile agnoscunt, post Thomam Lemos, præstantissimi quique hujus temporis Thomistæ.

Difficilius hoc videri Lessii Discipulis, non adeo mirum est, cum ab initio hujus controversiæ, palam professi sint, se nec Lovanienfium, nec Thomistarum doctrinam a Calvinismo distinguere posse. Utinam brevi Christus tollere dignetur e cordibus eorum præjudicia, quibus fir, ut ad hæc veritates hætenus caligent, excussaque maturo examine doctrina prædictorum Theologorum, tandem ex Oraculo Sedis Apostolicæ discat Orbis Christianus, sanam prorsus, & orthodoxam esse doctrinam de gratia per se efficaci, nec aliam propugnari ab iis, qui hucusque a Molinistis tanta animositate, totque artibus vexantur, & traduntur. Ita voveo.

Xx 2

MO.

Excusa jam superiori Confusarum Defensione adversus Parallelum verum, & falsum; venit in mentem, non paucis gratum fore, si Parallelus ipse integer hoc loco ederetur in lucem. Illum igitur totum representamus, ne ex partis alicujus detractioe frugum quis suspicari amet.

PARALLELUS
THOMISMI

VERI



FALSI.

VERUM appellamus eum, quem celeberrimi Doctores ex Ordine S. Dominici exposuerunt in disputatione de Auxilio: FALSUM, quem exponunt Lovanenses, ac Duacenses, in suis CENSURIS, ac JUSTIFICATIONE.

Nullus Catholicus potest dubitare de illa divisione auxilii in auxilium sufficiens, & auxilium efficax.

Alvarez disp. 71. de aux. n. 2.

Deus, quantum est ex parte sua, paratus est omnibus gratiam dare.

Idem disp. 3. n. 7.

Multi peccant, eo quod desunt gratia.

Petr. Ledesma de aux. art. 13.

Etiam Pharaon habuit multa auxilia, quibus potuit credere, & converti.

Did. Nuges Cabezedo tract. de aux. tom. 2. ad art. 1. q. 86.

S. Aug., & D. Th. non intendunt negare, conserri a Deo sufficiens auxilium etiam obduratis, & excæcatis, ut a peccato resurgant.

Joan. Paul. Nazar. ad q. 23. 1. p. art. 3. Controv. 2.

Ex his ergo confutatur error Lutheri, & error Calvini, negantium istam divisionem, & dicentium, nullum habere auxilium sufficiens, qui non habeat etiam auxilium efficax, ut salvetur.

Balolaz Navarr. tom. 2. Contr. ad q. 19. art. Contr. 12.

Constat, Judæos, quos reprehendit Dominus, gratiam efficacem non habuisse: habuerunt autem vere sufficientem, per quam converti potuerunt.

Alvarez disp. 71. n. 3.

Si non daretur gratia vere sufficiens, non posset, illis, qui non convertuntur, imputari ad culpam, quod non converterentur, nec adimplerent Divina mandata; & consequenter Deus irrationabiliter conquereretur de illis, & sine causa illos increparet.

Alvar. disp. 75. n. 2.

Fides est ita, ut oppositum sit hæresis manifesta, quod omnis homo, dum est in via, & compos rationis, potest, simpliciter loquendo, penitentiam agere de peccatis; atque adeo omnibus dantur auxilia sufficientia, ut possint poenitere.

Did. Nuges Cabezedo in 3. p. tom. 2. ad 36. art. 1.

Hæc sufficientis auxilii assertio ex Massiliensium, & ex ipsius Fauti, (qui contendit, gratiam a Deo omnibus offerri, & ingeri) doctrina, & placitis est deprompta.

Cens. Duac. ad Ass. II. p. 87.

Gratia Christi non est a bono usu sejuncta; sed facit, hominem bene uti oblati salutis occasionibus.

Justific. Cens. Lovan. §. 164.

Augustinus, gratiam nostri status a primi hominis gratia accurate disjungens, non solum ei tribuit posse, si velimus, sed facere etiam, ut velimus.

Cens. Lovan. ad Ass. X. pag. 36.

Gratia ad conversionem sufficiens ipsa convertit; quæ vero non convertit, non sufficit.

Justific. Cens. Lovan. p. 176.

Ut peccator possit converti, necessarium est, ut recipiat specialem Christi gratiam, qua non sola possibilitas, sed ipsa quoque operatio confertur.

Cens. Lovan. ad Ass. VIII. pag. 31.

Fatendum est, nullum peccatorem converti posse, nisi per specialem Christi gratiam, seu speciale auxilium: quod auxilium non habet, nisi cum actu convertitur.

Cens. Duac. ad Ass. XV. pag. 124.

Nullus infidelis credere poterit, nisi per gratiam, quam eum non habere, dum infidelis manet, percipiendum est.

Cens. Duac. ad Ass. XIV. pag. 124.

VERI



FALSI.

Quilibet homo viator habet auxilium gratia, necessarium, & sufficiens ad salutem consequendam.

Joan. Paul. Nazarius ad quest. 23. art. 3. contr. 2. V. Ledesma art. 1. de auxil. Cabezedo 7. 2. in 3. par. ad art. 1. 986.

Deus volitione formali vult beatitudinem reprobo, quamdiu existit in gratia.

Alvarez disp. 34. n. 5.

Quamdiu quis manet in hac vita, exclusus non est a remedio salutis æternæ.

Gonz. de Albeda disp. 73. in leg. 3. n. 24.

Electio efficax aliquorum non est contraria ullo modo sinceræ voluntati, & generali, qua vult Deus, omnes homines salvos fieri.

Idem disp. 73. in 1. sect. 3. n. 24.

Christum satisfecisse pro omnibus, quantum ad sufficientiam, & dedisse omnibus auxilium sufficiens, ut agant poenitentiam. Illuminat igitur omnem hominem: quæ verba intelliguntur etiam de illuminatione supernaturali.

Did. Nuges Cabezedo tom. 2. in 3. par. ad art. 16. qu. 86.

Parvulis omnibus providit Deus auxilium supernaturalis sufficientis, non tamen in seipsis, sed per alios.

Joan. Paul. Nazar. ad q. 23. art. 3. contr. 2.

Est necessarium, ponere tale auxilium, dans sufficientiam, & posse, quia ad potestatem, & vim operandi non sufficit ipsa capacitas obedientialis, quam habet naturalis potentia, ut elevetur ad opera supernaturalia, sed requiritur facultas proxima, & proportionata ad operandum.

Joan. a S. Thom. in 1. par. q. 23. disp. 10. art. 3. num. 27.

Hic est verus THOMISMUS, quem Societas Jesu profitetur, a se non posse notari ulla censura.

Scriptura teste, nec pro omnibus Christus orat Patrem, nec omnes Christo dati sunt a Patre: non omnes ergo habent sufficientis auxilium ex parte Dei ad salutem consequendam.

Cens. Duac. ad Ass. II. pag. 83.

Deus absoluta voluntate constituit, hunc hominem excludere a Regno, ante omnem provisionem demeritorum.

Cens. Lovan. ad Ass. XXIX. pag. 58.

Sufficientia, quam postulat generalis redemptio, in pretio sanguinis Christi est; non autem in auxilio omnibus collato.

Cens. Duac. ad Ass. VII. pag. 99.

Quamquam dici possit, sufficiens pro parvulis infinitum remedium; dici tamen non potest, id eos habuisse, quod nec in sua, nec in suorum habuerunt potestate: unde periculum est, tale salutis impedimentum, Dei judicio, verissime imputari.

Cens. Lovan. ad Ass. XVI. XVII. pag. 43. 44. & ad Ass. XXXIX. pag. 58.

Ut homo possit converti, non requiritur, ut habeat gratiam sufficientem eo ipso tempore, quo posse dicitur; sed satis est, si habere illam, & obtinere, quæ sufficiat, possit: quomodo homo dicitur posse manducare panem, etiam cum panem non habet, neque etiam quicquam, unde sibi panem comparat: ut etiam dicitur videre posse, qui non habet lucem, sed in tetro carcere coniectus est, quamvis sine luce visurus sit nunquam.

Justific. Cens. Lovan. §. 177.

Hic est falsus THOMISMUS, quem Societas Jesu fateretur, non posse se a Jansenismo distinguere. Ita vero fateretur post Eminentiss. Cardinalem d' Aguirre, qui, adductis quampluribus tum Censuræ, tum Justificationis Lovanensis textibus, *Vide, inquit, si doctrinam hanc possis ulla modo intermiscere, aut quomodo distinguere ab illa Jansenii sularis. Defens. Cathed. Petri disp. 21. sect. 4.*